

quia diligatis primas cathedras in synagogis: & salutationes in foro. **U** uobis quia estis ut monumenta quae non apparent & homines ambulantes supra nesciunt.

Respondens autem quidam ex legis peritis. ut illi magistro. haec dicens. cum nobis contumeliam facis. At ille ait. & uobis legis peritis uae. quia oneratis homines oneribus quae portari non possunt. & ipsi uno digito uestro intangitis sarcinas.

U uobis qui aedificatis monumenta prophetae. patres autem uestri occiderunt illos. profecto aedificamini quod consentis operibus patrum uestrorum. Quo quidem ipsi eos occiderunt. uos autem aedificatis eorum sepulchra.

Propterea & sapientia dei dixit. mittam ad illos prophetas & apostolos. & illis occident & persequentur. ut inquitur sanguis omnium prophetae. qui effusus est a constitutione mundi. a sanguine abel usque ad sanguinem zachariae. qui perit inter altare & aedem. haec dico uobis requiritur ab hac generatione. **U** uobis legis peritis. quia auulstis clauem scientiae. ipsi non introistis. & eos qui introibant prohibuistis.

Cum haec uerba dixisset coeperunt pharisaei & legis periti. exariter insistere. & os eius opprimere. demulas insidiantes ei. & quaerentes capere aliquid ex ore eius ut accusarent eum. Multas autem turbis circumstantibus. ita ut se inuicem conculcarent coepit dicere ad discipulos suos. **A**dtendite a fermento pharisaeorum quod est hypochrisis. **N**ihil autem operatum est quod non reuelatur. neque absconditum quod non sciatur. quo quae in tenebris dixistis. in lumine dicentur. & quod in aurem locuti estis in cubiculis. praedicabitur in testis. Dico uerba uobis inimicis meis. ne terreamini ab his qui occidunt